



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomniae, siue Noctes  
Ivniae Entheae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1436**

LXI. Ad Iosephum Scaligerum.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6**

INSOMNIAE.

LVIII.

Ad Gregorium Bersmannū.

*Respicere extremae qui vult spacia vltima vitae:*

*Fortuna quemuis vult meminisse sua.*

*Nescis quid serus vesper vehat: ille dici,*

*Sed vitae, mors est, regula certa sua.*

*Sic nemo ante obitum satis est, BERSMAN-*

*(NE, beatus,*

*Aut miser. hoc verum est, exitus acta probat.*

LIX.

Ad Ioan. Baptistam Cra-

tonem, Ioan. F.

*Sic, CRATO, viue tibi, reliquis vt viuere possis:*

*Tanquam homini, tanquam sic bene viuis homo.*

LX.

Ad Casparum Sueuum.

*Si viuis tibi solus, & es sic, SVEVE, beatus:*

*Non tibi, sed patriae si sapiis, ipse sapiis.*

LXI.

Ad Iosephum Scaligerum.

*Fortunam fugit ille, fugit quicumque laborem:*

*Dumque voluptatem quaerit, fugit ipse. laboris*  
*Quum*

N! REVSNERI

Quum fortuna comes sit, SCALIGER, atq

(volupte

Laus homini labor est: at fraus ignauia mera.

LXII.

Ad Hadrianum Iunium.

Cui facit inuidiam bona fors aliena: simulque

Cui mala letitiam fors aliena creat:

Impius est, & iam miser incipit esse: virescit,

IVNI, cui plena fertilitate malum

Qui sapit, ille sui memor est: commune periculum

Supprimit: & misero fert miserator opem.

LXIII.

Ad Paulum Clofium Med.

Gnaua quies, virtus: vitium est, ignaua: laboris

Actos, incundos sic quoque vulgus ait.

Post mala si qua venit, venit optima, postq, laboris

PAVLE, quies: dignus nempe quiete laboris

LXIII.

Ad Iohannem Herman-  
num Medicum.

Otia qui querit, fugit otia: sed mala tantum

Otia: ne perdat otia vera sibi.